Ob. 3tio. Secundum illud dicitur perfectum, Lect. 5. 4. cui nihil deest in proprio genere; atqui paternitati v.g. nihil deest in suo genere: ergo est perfectio. Resp. dist. maiorem perfectum est cui nihil deest in proprio genere dicente perfectionem conc. maiorem. in quocunque genere, nego maiorem. et dist. minorem, nego consequentiam. alias in loqueretur peccatum secundum formalissimum conceptum peccati perfectum esse, cum ei, ut sic nihil desit ex his, quae ad proprium genus spectant.

Ob. 4to. perfectio formalis consistit in convenientia ad illud, cuius est perfectio: atqui v.g. personalitas, quoad virtualiter est absentia distincta, est conveniens personae constitutae, quia est constitutiva est conveniens constituto: ergo etc. Resp. dist. maiorem consistit in convenientia, qualenus est in actu existentiae, vel saltem quoad ordinem ad illam conc. maiorem. sine tali expressione nego maiorem. et dist. minorem, nego consequens, et consequentiam supra namque iam diximus, quod ad bonum convenientiae requiratur, ut existat, vel dicat ordinem ad existentiam. *Quid requiratur ad bonum convenientiae?* Unde cum relationes divinae ratione sui non dicant ordinem ad existentiam, sed solum rationem entitatis, quam includunt, sequitur in quo ratione sui


UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg